



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Christophorvs Plantinvs pio Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44973

CHRISTOPHORVS

PLANTINVS

pio Lectori.

POETICAE dictionis iucunditatem ARIAS MONTANVS ad res diuinas & sacrorum mysteriorum argumenta canenda transfert ita temperatam, vt Ioue, Phoebo, Mercurio, Marte, Vulcano, Baccho, Iunone, Venerc, atque illis aliis innumeris monstrosæ ac sacrilegæ vanitatis nominibus, (sine quibus doctum & gratum carmen constare non posse quidam falso autumant) penitus relegatis; & cæteris prophanis ornâmentis, qualia sunt Parnasus, Aganippe, Phocis, Elis, Peneus, Arethusa & Olympus, prætermisissis; ex diuinorum librorum vera & inexhausta sapientia, vtilissima sententiarum pondera, & gratissima verborum etiam poëticorum variarumque ornamenta rerum proferat, quæ delectationis multum, vtilitatis atque eruditionis plurimum, auditoribus afferre possunt.

Hoc

Hoc itaque consilio singulas varij generis odas singulis Vatum libris à se explicatis adiungit : in quibus præter debitam Deo pro absoluto commentario gratulationem , opportuna quoque ex vaticinij vniuscuiusque argu-mento doctrinæ præcepta exempla-que exponit; atque eâdem opera multorum ex sacris libris locorum vel sententiam aperit , vel notitiam indicat. Orandus verò nobis Deus est, vt quæ ille ad sacrosanctæ Religionis cultum, & Catholicæ Ecclesiæ vsum cogitat & meditatur, efficere ac præstare possit. Nam præter alia plurima , poëticam artem Dei dono magis, quàm humanæ disciplinæ præceptis constantem, in suum locum, hoc est, in veræ pietatis templa & sacraria restitutam, diuinis mysteriis canendis consecrare & instaurare exoptat.

I N

I N

Q

Quid
Quid
VerfibiTe De
Vnde
Orbis,Quem
Impul
NecLibera
Confil
Esse, cIdem
Panic
(PioTu ta
Denti
Et mTe re
Curfi
SperaQui t
Iebuf
SudatNunc
Inter